7. ... "nullus quantumcumque scientiae magnae, vel quantumcumque sanctitatis, nisi missus a Deo vel a praelato praedicare potest: quia nullum agens natum est agere nisi supra debitam materiam; praedicatione autem et exhortatio et doctrina, si sit publica respiciens totam ecclesiam, et cura publica ecclesiae, commissa est praelatis; et ideo nullus debet aliquid exercere quod requirat auctoritatem publicam nisi praelati." *Quodl. XII*, a.27. The Angelic Doctor writes: "dicendum quod utrumque officium, scilicet docendi et baptizandi, Dominus Apostolis iniunxit, quorum vicem gerunt episcopi: aliter tamen et aliter. Nam officium docendi commisit eis Christus ut ipsi per se illud exercerent, tanquam principalissimum... Officium autem baptizandi commisit Apostolis ut per alios exercendum... Et hoc ideo quia in baptizando nihil operatur meritum et sapientia ministri, sicut in docendo." *IIIa*, q.67, a.2, ad 1. The following texts will reveal the nature of 'teaching' attributed to bishops: "dicendum quod triplex est instructio fidei. Una admonitoria qua quis ad fidem convertitur, et haec proprie est sacerdotum quorum est praedicare et docere, unde et Dionysius... hanc instructionem Episcopo attribuit. Alia est instructio disciplinalis qua quis instruitur qualiter ad baptismum accedere debet et quid credere debeat; et haec pertinet ad officium diaconi et per consequens sacerdotis quia quidquid est diaconi, est etiam sacerdotis. Tertia, quae sequitur baptismum, et haec pertinet ad anadochum et ad praelatos Ecclesiae. Praelati enim Ecclesiae habent

Doubtless, the Angelic Doctor insists on the necessity of sanctity and knowledge in the preacher. And it is one of his arguments to prove the convenience, in founding religious orders to perform this office.¹ For God commanded to preach in a well ordered way so that it may become useful to the souls. For this, deep study and persevering labour is needed.² As regards the virtuous life of a preacher, St.

quasi doctrinam generalem quae per officium anadochi specialiter ad hunc vel illum adaptatur secundum quod ei competit." *In IV Sent.*, d.6, q.2, a.2, q.1a. "... ad diaconum pertinet recitare evangelium in ecclesia, et praedicare ipsum per modum catechizantis : unde et Dionysius dicit quod diaconi habent officium super immundos, inter quos ponit catechumenos. Sed docere, id est exponere evangelium, pertinet proprie ad episcopum, cujus actus est perficere, secundum Dionysium . . . perficere autem idem est quod docere." *IIIa*, q.67, a.1, ad 1. "... in qualibet republica ea quae sunt minora, pertinent ad minora officia, majora vero majoribus reservantur : . . . Et ideo ad minores principes civitatis pertinet disponere de infimo populo : ad summos autem pertinet disponere ea quae pertinent ad majores civitatis. Per baptismum autem non adipiscitur aliquis nisi infimum gradum in populo Christiano." *IIIa*, q.67, a.2, ad 2. "... multiplex est instructio. Una conversiva ad fidem. Quam Dionysius attribuit episcopo . . . et potest competere cuilibet praedicatori, vel etiam cuilibet fidei. Secunda est instructio qua quis eruditur de fidei rudimentis, et qualiter se debeat habere in susceptione sacramentorum. Et haec pertinet secundario quidem ad ministros, principaliter autem ad sacerdotes. Tertia est instructio de conservatione Christianae vitae. Et haec pertinet ad paternos. Quarta est instructio de profundis mysteriis fidei, et perfectione Christianae vitae. Et haec ex officio pertinet ad episcopos." *IIIa*, q.71, a.4, ad 3.

1. "Tum etiam quia non redduntur ad haec minus idonei ex aliquo peccato commisso : sed magis idonei, ex exercitio sanctitatis quod assumpserunt. Stultum autem est dicere ut per hoc quod aliquis in sanctitate promovetur, efficiatur minus idoneus ad spiritualia officia exercenda. Et ideo stulta est quorundam opinio dicentium quod ipse status religionis impedimentum affert talia exequendi." *IIa IIae*, q.187, a.1. "In omnibus enim negotiis quae a pluribus exerceri possunt, plurium societas multum prodest. Pr, 8 19, 'Frater qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma.' Eccl., 4 9, 'Melius est duos esse simul quam unum : habent enim emolumentum societatis suae.' Sed praecipue in acquisitione scientiae plerumque societas multorum studentium prodest ; quia interdum alter ignorat quod alius invenit aut quod ei revelatur. Unde et Philosophus . . . dicit, quod antiqui philosophi in conventionibus diversis veritatem de caelestibus investigaverunt. Quicumque ergo aliquod genus hominum a societate studentium segregat, manifeste commune studium impedit. Et hoc praecipue verum est de religiosis : qui quanto sunt a curis saecularibus absoluti, tanto ad studium inveniuntur magis idonei, secundum illud. Eccl., 38 25. 'Qui minoratur actu, sapientiam percipiet.'" *Contra imp. Dei cultum*, n.53.

2. "Deus praecepit praedicare, tamen ordinate, et eo modo quo utile sit salutem animarum." *Quodl. XII*, a.28, ad 1. "... necessarium est studium litterarum religioni institutae ad praedicandum et ad alia huiusmodi exercendum. Unde Apostolus dicit, Tt, 1 9, de episcopo, ad cujus officium huiusmodi actus pertinent : 'Amplectentem cum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem : ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere.' Nec obstat quod Apostoli absque studio litterarum ad praedicandum sunt missi : quia, ut Hieronymus dicit, in Epistola ad Paulinum, 'quidquid aliis exercitatio et quotidiana in lege meditatio tribuere solet, illis Spiritus Sanctus suggererat!'" *IIa IIae*, q.188, a.5. "Paucissimi etiam inveniuntur qui sacram scripturam didicerint ; et tamen oportet praedicatorum Verbi Dei in sacra scriptura instructum esse." *Contra imp. Dei cultum*, n.121. "... et sicut patet per exemplum Apostoli, qui a opere cessabat, quando praedicandi opportunitatem habebat. Facilius autem impedirentur moderni praedicatores a praedicatione per laborem manuum quam

Thomas writes :

Nullus autem debet assumere praedicationis officium, nisi prius fuerit purgatus et in virtute perfectus : sicut et de Christo dicitur, Act. 1 i quod ' coepit Jesus facere et docere.' Et ideo Christus statim post baptismum austeritatem vitae assumpsit, ut doceret post carnem edomitam oportere alios ad praedicationis officium transire : secundum illud Apostoli ' Castigo corpus meum et in servitum redigo : ne forte, aliis praedicans, ipse reprobus efficiar.'¹

Hence it is required from bishops, who are *ex officio* deputed for preaching and teaching, that they should excell both in contemplation and in moral virtues.²

Thus out of one's own perfection, and shining excellence, one effects the perfection of others, by illuminating them, and therein lies the superiority of religious orders ordained to this kind of apostolic work.³

Salvation through Preaching and Teaching.

Only the doctrine of Christ can obtain for us eternal salvation.⁴ Yet His doctrine is not accessible for all,⁵ and even surpasses human intellect.⁶ And it is Preachers and Teachers who proclaim His doctrine.⁷ They invite the people to faith and persuade them to a

Apostoli, qui ex inspiratione scientiam praedicandi habebant ; cum oporteat praedicatorum modernis temporibus ex continuo studio ad praedicandum paratos esse." *Ibid.*, n.196. " Praedicator aliquando bene faceret non accipiendo sumptus ab his quibus praedicat, sed de labore manuum vivendo, in casibus scilicet illis quibus Apostolus laborabat, ne scandalizaret eos quibus praedicabat : qui propter avaritiam dare sumptus gravabantur . . . Aliquando autem, male facerent praedicatorum si laboribus manuum se implicarent, si scilicet per laborem a praedicatione retraherentur . . . Praedicatoribus enim non solum necessarium est ut habeant tempus liberum ab occupationibus, in quo praedicent sed etiam in quo studeant ; cum non habeant scientiam ex infusione, sicut Apostoli, sed continuo studio." *Quodl. VII*, a.18, ad 7.

1. *IIIa*, q.41, a.3, ad 1.

2. "Et quia praelatorum est in utraque vita perfectos esse, utpote qui medii sunt inter Deum et plebem, a Deo recipientes per contemplationem et populo tradentes per actionem, ideo oportet eos in moralibus virtutibus perfectos esse, et similiter praedicatorum ; alias indigne quis praelationis vel praedicationis officium assumit." *In III Sent.*, d.35, q.1, a.3, q1a 3.

3. *Ila IIae*, q.188, a.6.

4. *IIIa*, q.42, a.2.

5. "... quia etiam in doctrina sacra multa sunt occultanda, maxime infidelibus, ne irrideant, secundum illud Mt 7 6 'Nolite sanctum dare canibus.'" *Ila IIae*, q.40, a.3.

6. "Quia enim ea quae sunt fidei humanam rationem excedunt, non possunt per rationes humanas probari, ..." *IIIa*, q.43, a.1.

7. "Per hos etiam Pastores significabantur doctores Ecclesiae, quibus Christi mysteria revelantur ..." *IIIa*, q.36, a.3, ad 4.

virtuous life,¹ and thus cooperate with them externally for their salvation. They are called *architectores*, because they design the ways and means of obtaining salvation for others.² Hence the Holy Doctor, reasonably writes of them who try to impede the better accomplishment of this kind of apostolic activity :

Non solum autem impedire conatur ne religiosi fructum in Ecclesia faciant per doctrinam, veritatem sacrae Scripturae aliis exponendo ; sed, quod perniciosius est, eos a praedicationibus et confessionibus audientis, amovere conatur, ut nec fructum in populo faciant in exhortatione virtutum et extirpatione vitiorum : in quo etiam persecutores Ecclesiae Sanctae se esse ostendunt ...³

Causality of Preaching and Teaching.

God alone can internally move our will. Hence the human causality is extrinsic, that is, by way of persuasion, as has been already indicated. The Angelic Doctor writes about the nature of this persuasion as follows :

inclinat eam (voluntatem), ut amabile quoddam, et ut manifestans aliqua bona creata ordinata in Dei bonitatem. Et per hoc inclinare potest ad amorem creaturae vel Dei, per modum suadentis.⁴

Hence he defends as the common opinion of Theologians that man teaches by way of outward operation, but God by inward operation.⁵

St. Thomas clearly teaches that no man can possibly cause knowledge in others as the principal cause.⁶ At the same time he is

1. "ministri Dei, vel homines vel angeli, dicuntur urere vitia, et inflammare ad virtutes, per modum persuasionis." *Ia*, q.111, a.2, ad 1 ; cf. q.106, a.1, corp. and ad 3.

2. "In artibus mechanicis videmus quod non solum illi qui manibus operantur, licite de artificio vivunt, sed et sapiens architectus, qui manibus non laborat et alios dirigit. Sed ille qui de moribus docet, est quasi architectus respectu omnium officiorum humanorum ..." *Contra imp. Dei cultum*, n.287. "In aedificio autem spirituali sunt quasi manuales operarii qui particulariter insistunt curae animarum, puta sacramenta ministrando, vel aliquod hujusmodi particulariter agendo ; sed quasi principaliter artifices sunt Episcopi, qui imperant et disponunt qualiter praedicti suum officium exequi debeant, propter quod et Episcopi, id est superintendentes dicuntur ; et similiter theologiae doctores sunt quasi principales artifices, qui inquirunt et docent qualiter alii debeant salutem animarum procurare." *Quodl. I*, a.14.

3. *Contra imp. Dei cultum*, n.70.

4. *Ia*, q.106, a.2.

5. "Et quia exterior operatio docentis nihil operaretur nisi adesset principium intrinsecum scientiae, quod inest nobis divinitus, ideo apud theologos dicitur quod 'homo docet ministerium exhibendo, Deus autem interius operando'." *Cont. Gent.*, II, c.75.

6. "...magister non causat lumen intelligibile in discipulo, nec directe species intelligibiles : sed movet discipulum per suam doctrinam ad hoc, quod ipse per virtutem sui intellectus formet intelligibiles conceptiones, quarum signa sibi proponit exterius." *Ia*, q.117, a.1, ad 3.

also clear in stating that man acquires knowledge, through the effect of the outward action of a teacher, helping the interior active intellect of the disciple.¹ He teaches us the nature of this causality, in comparing the causality contained in the knowledge obtained through intellectual and bodily sight. He writes :

... dicendum, quod non est simile de intellectu et de visu corporali. Visus enim corporalis non est vis collativa, ut ex quibusdam suorum objectorum in alia perveniat ; sed omnia sua objecta sunt ei visibilia, quam cito ad illa convertitur : unde habens potentiam visivam se habet hoc modo ad omnia visibilia intuenda, sicut habens habitum ad ea quae habitualiter scit considerata ; et ideo videns non indiget ab alio excitari ad videndum, nisi quatenus per alium ejus visus dirigitur in aliquod visibile, ut digito, vel aliquo hujusmodi.

Sed potentia intellectiva, cum sit collativa, ex quibusdam in alia devenit ; unde non se habet aequaliter ad omnia intelligibilia considerata ; sed statim quaedam videt, ut quae sunt per se nota, in quibus implicite continentur quaedam alia quae intelligere non potest nisi per officium rationis ea quae in principiis implicite continentur, explicando ; unde ad hujusmodi cognoscenda, antequam habitum habeat, non solum est in potentia accidentaliter, sed etiam in potentia essentiali : indiget etiam motore, qui reducat eum in actum per doctrinam, ut dicitur in VIII Physic.: quo non indigeat ille qui habitualiter jam aliquid novit.

Doctor ergo excitat intellectum ad sciendum illa quae docet, sicut motor essentialis educens de potentia in actum ; sed ostendens rem aliquam

1. "... docens causat scientiam in addiscente, reducendo ipsum de potentia in actum ..." *Ibid.*, a.1. He explains the nature of this causality: "Sciendum tamen quod, secundum quod Aristoteles in VII 'Metaphysicae' docet, artium quaedam sunt in quarum materia non est aliquod principium agens ad effectum artis producendum, sicut patet in aedificativa: non enim est in lignis et lapidibus aliqua vis activa movens ad domus constitutionem, sed aptitudo passiva tantum. Aliqua vero est ars in cujus materia est aliquod activum principium movens ad producendum effectum artis, sicut patet in medicativa: nam in corpore infirmo est aliquod activum principium ad sanitatem. Et ideo effectum artis primi generis nunquam producit natura, sed semper fit ab arte: sicut domus omnis est ab arte. Effectus autem artis secundi generis fit et ab arte et a natura sine arte: multi enim per operationem naturae, sine arte medicinae, sanantur. In his autem quae possunt fieri et arte et natura, 'ars imitatur naturam': si quis enim ex frigida causa infirmetur, natura eum calefaciendo sanat; unde et medicus, si eum curare debeat, calefaciendo sanat. Huic autem arti similis est ars docendi. In eo enim qui docetur, est principium activum ad scientiam: scilicet intellectus, et ea quae naturaliter intelliguntur, scilicet prima principia. Et ideo scientia acquiritur dupliciter: et sine doctrina, per inventionem; et per doctrinam. Docens igitur hoc modo incipit docere sicut inveniens incipit invenire: offerendo scilicet considerationi discipuli principia ab eo nota, quia 'omnis disciplina ex praeexistente fit cognitione', et illa principia in conclusiones deducendo; et proponendo exempla sensibilia, ex quibus in anima discipuli formentur phantasmata necessaria ad intelligendum. Et quia exterior operatio docentis nihil operaretur nisi adesset principium intrinsecum scientiae, quod inest nobis divinitus, ideo apud theologos dicitur quod 'homo docet ministerium exhibendo, Deus autem interius operando': sicut et medicus dicitur 'naturae minister' in sanando. Sic igitur causatur scientia in discipulo per magistrum, non modo naturalis actionis, sed artificialis, ut dictum est." *Cont. Gent.*, II, c.75.

visui corporali, excitat eum sicut motor per accidens ; prout etiam habens habitum scientiae potest excitari ad considerandum de aliquo.¹

Undoubtedly, one can acquire knowledge without any instruction or exterior help.

... absque dubio aliquis potest per lumen rationis sibi inditum, absque exterioris doctrinae magisterio vel adminiculo, devenire in cognitionem ignotorum multorum, sicut patet in omni eo qui per inventionem scientiam acquirit ; et sic quodammodo aliquis est sibi ipsi causa sciendi, non tamen potest dici sui ipsius magister, vel seipsum docere.²

Yet he clearly teaches that the acquisition of knowledge through the help of a teacher is more perfect. He writes :

... quod quamvis modus in acquisitione scientiae per inventionem sit perfectior ex parte recipientis scientiam, in quantum designatur habilior ad sciendum ; tamen ex parte scientiam causantis est modus perfectior per doctrinam : quia docens, qui explicite totam scientiam novit, expeditius potest ad scientiam inducere quam aliquis induci possit ex seipso, per hoc quod cognoscit scientiae principia in quadam communitate.³

Again : " Intellectus agens, quamvis sit principalior causa ad aliquid quam homo exterius docens, tamen in eo non praexistit scientia complete, sicut in docente ; ..." ⁴ This is all the more evident, when we recall the particular nature of christian doctrine,⁵ and the incapability of our intellect to understand it perfectly.⁶

Hence preaching and teaching, which by its very nature presupposes contemplation, causes perfection in others,⁷ and herein lies the superiority of the religious orders, instituted for preaching and teaching, over all other forms of religious life. The Carmelites of Salamanca give three different interpretations regarding the nature of this superiority. They write :

Primo, insistendo aequaliter contemplationi et actioni, illasque intendendo principaliter, et immediate. Secundo respiciendo principaliter, et primario solam actionem ; secundario autem contemplationem aliquam, ut medium necessarium ad recte exercendum actionem. Tertio, respiciendo

1. *De ver.*, q.11, a.1, ad 12.

2. *Ibid.*, q.11, a.2.

3. *Ibid.*, q.11, a.2, ad 4.

4. *Ibid.*, q.11, a.2, ad 1.

5. *I Ia IIae*, q.40, a.3.

6. *IIIa*, q.43, a.1.

7. " Sicut autem operans per intellectum per rationem quam apud se habet, res in esse producit ; ita etiam qui alium docet, per rationem quam apud se habet, scientiam causat in illo : cum scientia discipuli sit deducta a scientia docentis, sicut imago quaedam ipsius." *Cont. Gent.*, IV, c.13.

principaliter, et primario contemplationem, actionem vero secundario, tanquam effectum ex contemplatione derivatum, mediumque suo modo ad contemplationem conducens.¹

Rejecting the first (since it demands duality of end without subordination), and the second (contemplation cannot be a means for action), we also accept with them the third position. They say :

Restat igitur, quod illa religio dicetur vitam mixtam profiteri, quae tertio modo se gerit, nempe quae primario, et principaliter respicit contemplationem, nonquidem sistendo ibi (quod est munus vitae contemplativae), sed ex ipsa contemplatione descendendo ad opera spiritualia vitae activae circa proximum, cujusmodi sunt praedicare, sancta consilia praebere, confessiones audire, morientes in illo agone adjuvare, ministrare Sacramenta, et alia hujusmodi.²

Namely, contemplation is extended to the spiritual perfection of others by certain kind of activities. We do not here ignore the fact that purely contemplative orders can do very much for the common good by their prayers and good example, and Pope Pius XI has given us a very valuable directive on this matter. The Sovereign Pontiff writes :

Austerior sane ista vitae Contemplativae consuetudo ut in Missionum territoria, conditis coenobiis, inducatur latiusve provehatur, summos horum Ordinum moderatores, quemadmodum Nosmet impense adhortamur, sic vos, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, opportune importune rogando, curatote ; solitarii enim ii viri mirum quantum caelestium gratiarum vobis laboribusque vestris conciliabunt. Atque dubitare non licet quin ejusmodi monachi locum oportunum apud vos nanciscantur, cum incolae, alicubi potissimum, esti maximam partem ethnici, natura sint ad solitudinem et orandum contemplandumque proclives... Quodsi Ordinum id genus gubernatores vestris postulationibus morem gesserint et sedes suorum, ubicumque de communi consilio placuerit, collocaverint, rem fecerint et tantae ethnicorum multitudini imprimis salutarem et Nobis, ultra quam credibile est, acceptam et gratam.³

But what we say is that, besides this obligation, the religious orders instituted for teaching and preaching, perform duties more closely related with the common spiritual good ; in the words of the Common Doctor ; "qui in spiritualibus communi utilitati deserviunt vel praedicando vel sacrae scripturae insistendo".⁴

1. SALMANTICENSES, *De Statu Religioso*, disp.II, dub.III, n.29.

2. *Ibid.*

3. Litterae Encyclicae *Rerum Ecclesiae*, 28th February, in *A. A. S.* 18 (1926) pp. 78-79.

4. *Contra imp. Dei cultum*, n.180.

In his commentary on the Epistle of St. Paul to the Romans, the Angelic Doctor gives us in summary the important notions regarding preaching and teaching. He writes :

Est autem duplex auditus : unus quidem interior quo quis audit a Deo revelante, ... alius autem auditus est, quo aliquis audit ab homine exterius loquente ... Primus autem auditus non communiter pertinet ad omnes, sed proprie pertinet ad gratiam prophetiae, quae est gratia gratis data distincte aliquibus, sed non omnibus ... Auditus enim exterior est passio quaedam audientis, quae absque actione loquentis esse non potest, unde et Dominus mandavit discipulis, Matth. : 'Euntes in universum ... Ea vero quae fidei sunt praedicatores a semetipsis non habent sed a Deo ... Et ideo Apostolus quarto subdit 'Quomodo vero praedicabunt nisi mittuntur'... Mittuntur autem aliqui a Domino dupliciter. Uno modo immediate ab ipso Deo per inspirationem internam ... Hujus autem missionis signum quandoque quidem est sacrae scripturae auctoritas, ... Quandoque autem signum hujus missionis est veritas eorum quae annunciantur ... Quandoque vero ... operatio miraculi ... Alio modo mittuntur aliqui a Deo mediante auctoritate praelatorum qui gerunt vicem Dei ... In his autem verbis, primo, commendatur processus praedicatorum, cum dicit 'quam speciosi pedes,' quod dupliciter potest intelligi. Uno modo ut per pedes intelligantur eorum processus, quia scilicet ordinate procedunt, non usurpantes sibi praedicationis officium ... Alio modo possunt intelligi per pedes affectus qui rectitudinem habent, dum non intentione laudis et lucri Verbum Dei annunciant, sed propter hominum salutem et Dei gloriam, ... Secundo tangit praedicationis materiam, quae quidem est duplex. Praedicant enim ea quae sunt utilia ad vitam praesentem, quod designat cum dicit : 'Evangelizantium pacem,' scilicet triplicem. Primo quidem annunciant pacem quam Christus facit inter homines et Deum ... Secundo annunciant pacem habendam cum omnibus hominibus ... Tertio annunciant ea per quae homo potest habere pacem in semetipso ... Et sub his tribus continetur omnia quae in hac vita sunt utilia ad salutem, vel quantum ad Deum, vel quantum ad proximum, vel quantum ad semetipsum. Praedicant etiam ea quae speramus habere in alia vita ... Verbum exterius loquentis non est causa sufficiens fidei, nisi cor hominis attrahatur interiori virtute Dei loquentis ... Et sic quod homines credunt, non est attribuendum praedicatoris industriae (...) ad fidem duo requiruntur quorum : unum est cordis inclinatio ad credendum et hoc non est ex auditu, sed ex dono gratiae ; aliud autem est determinatio de credibili et istud est ex auditu. Et ideo Cornelius qui habebat cor inclinatum ad credendum, necesse habuit ut ad eum mitteretur Petrus, qui sibi determinaret quid esset credendum.¹

1. *In ep. ad Rom.*, nn.837-844. Another important norm given by the Angelic Doctor, to be remembered by the preachers is as follows : " 'Vos estis lux mundi,' etc. ... Hic ostenditur quod debent illuminare verbo doctrinae : in quo possunt notari tria quae debent habere praedicator verbi divini. Primum est stabilitas, ut non deviet a veritate ; secundum est claritas, ut non doceat cum obscuritate ; tertium est utilitas, ut quaerat Dei laudem et non suam." *In Matt.*, n.456.

Religious Institutes ordered to the works of Preaching and Teaching are active, and not mixed, according to St. Thomas

St. Thomas writes :

Intelligibile autem est in intellectu tripliciter : primo quidem, habitualiter, vel secundum memoriam, ut Augustinus dicit ; secundo autem, ut in actu consideratum vel conceptum ; tertio, ut ad aliud relatum. Manifestum est autem quod de primo gradu in secundum transfertur intelligibile per imperium voluntatis : unde in definitione habitus dicitur, quo quis utitur cum voluerit. Similiter autem et de secundo gradu transfertur in tertium per voluntatem : nam per voluntatem conceptus mentis ordinatur ad alterum, puta vel ad agendum aliquid, vel ad manifestandum alteri. Quando autem mens convertit se ad actu considerandum quod habet in habitu, loquitur aliquis sibi ipsi : nam ipse conceptus mentis interius verbum vocatur.¹

Considering from their nature, the actual consideration of truth and its communication are not mutually exclusive. For example, "... angelum loqui angelo nihil aliud est quam conceptum suum ordinare ad hoc ut ei innotescat, per propriam voluntatem."² Hence the Angelic Doctor says that among the angels active life is not different from contemplative life.³ But it is not the same in the case of man, for :

in nobis interior mentis conceptus quasi duplici obstaculo clauditur. Primo quidem, ipsa voluntate, quae conceptum intellectus potest retinere interius, vel ad extra ordinare. Et quantum ad hoc, mentem unius nullus alius potest videre nisi solus Deus, secundum illud I Co, 2 11 : 'Quae sunt hominis nemo novit nisi spiritus hominis, qui in ipso est.' Secundo autem clauditur mens hominis ab alio homine per grossitiem corporis. Unde cum etiam voluntas ordinat conceptum mentis ad manifestandum alteri, non statim cognoscitur ab alio, sed oportet aliquod signum sensibile adhibere ... Hoc autem obstaculum non habet angelus. Et ideo quam cito vult manifestare suum conceptum, statim alius cognoscit.⁴

1. *Ia* q.107, a.1.

2. *Ibid.*, a.2.

3. "... vita contemplativa, ut supra dictum est, praecipue consistit in contemplatione Dei. Et quantum ad hoc, unus angelus alium non docet (...) Sed de his quae pertinent ad dispensationem ministeriorum Dei, unus angelus docet alium, purgando, illuminando et perficiendo. Et secundum hoc, aliquid habent de vita activa quamdiu mundus durat, ex hoc quod administrationi inferioris creaturae intendunt. Quod significatur per hoc quod Jacob vidit angelos in scala ascendentes, quod pertinet ad contemplationem, et descendentes, quod pertinet ad actionem. Sed sicut dicit Gregorius, II Moral., 'non sic a divina visione foris exeunt ut internae contemplationis gaudiis priventur.' Et ideo in eis non distinguitur vita activa a contemplativa, sicut in nobis, qui per opera activa impedimur a contemplatione." *I Ia IIae*, q.181, a.4, ad 2 ; cf. *Ia*, q.112, a.1, ad 3.

4. *Ia*, q.107, a.1, ad 1.

He has to desist from contemplation to communicate the things contemplated to the spiritual perfection of others. Hence the Holy Doctor writes :

Quidam vero ad tantum culmen caritatis ascendunt, quod etiam divinam contemplationem, licet in ea maxime delectentur, praetermittunt, ut Deo serviant in salutem proximorum ; et haec perfectio in Paulo apparet... Et haec perfectio est proprie praelatorum, et praedicatorum, et quorumcumque aliorum, qui procurandae saluti aliorum insistent.¹

And again :

est enim perfectae caritatis ut aliquis propter Dei amorem praetermittat dulcedinem contemplativae vitae, quam magis amaret et accipiat activae vitae occupationes ad procurandum proximorum salutem.²

As in the case of angels, it is in this communication of the things contemplated for the perfection of others, that the superiority of the religious orders dedicated to teaching and preaching consists, as has been often indicated.³

Our attempt here is to understand the nature of the religious institutes ordered to preaching and teaching. St. Thomas considers it as the highest form of religious life, on account of the special nature of this kind of activity, namely, it proceeds from the fullness of contemplation. Cajetan expresses it in the following words :

In articulo secundo ejusdem quaestionis, in responsione ad primum, advertit quod operatio vitae activae dupliciter se habet ad divinam contemplationem. Primo, ut effectus ipsius contemplationis. Et sic praedicare dicitur opus vitae activae ex contemplatione emanans. Alio modo, ut effectus ipsius Dei contemplati ut finis. Et sic omnia opera misericordiae sive spiritualia sive corporalia sint, ex contemplatione derivantur. Et hoc modo in littera hac dicitur quod 'dum religiosi intuitu Dei operibus vitae activae insistent, fructu contemplationis non privantur.' Nisi enim aciem

1. *De carit.*, a.11, ad 6.

2. *Quodl. I*, a.14, ad 2.

3. "... in societate angelorum omnis possidentur communiter ; sed tamen quaedam excellentius habentur a quibusdam quam ab aliis. Unumquodque autem perfectius habetur ab eo qui potest illud communicare, quam ab eo qui non potest : sicut perfectius est calidum quod potest calefacere, quam quod non potest ; et perfectius scit qui potest docere, quam qui non potest. Et quanto perfectius donum aliquis communicare potest, tanto in perfectiori gradu est : sicut in perfectiori gradu magisterii est qui potest docere altiorem scientiam. Et secundum hanc similitudinem consideranda est diversitas graduum vel ordinum in angelis, secundum diversa officia et actus." *Ia*, q.108, a.2, ad 2. "... omnes angeli, tam superiores quam inferiores, immediate vident Dei essentiam ; et quantum ad hoc, unus non docet alium... Sed rationes divinarum operum, quae in Deo cognoscuntur sicut in causa, omnes quidem Deus in seipso cognoscit, quia seipsum comprehendit : aliorum vero Deum videntium tanto unusquisque in Deo plures rationes cognoscit, quanto eum perfectius videt. Unde superior angelus plura in Deo de rationibus divinarum operum cognoscit quam inferior ; et de his eum illuminat." *Ia*, q.106, a.1, ad 1.

mentis suae in Deum ut finem fixissent, nunquam voluntas eorum moveret eos ad opera vitae activae propter Deum exercenda.¹

Thus on account of the intrinsic relation with contemplation, it is considered as a separate grade of religious life. The Angelic Doctor writes :

Illud autem tertium genus vivendi medium est inter activam et contemplativam quantum ad ea circa quae occupatur : qui quandoque occupatur in contemplatione veritatis, quandoque autem occupatur circa exteriora.²

Hence many authors call this type of life as 'mixed.' To express it in the words of a modern author :

Verum adjunxit infimum in religionibus locum illas tenere quae vitae activae, medium quae vitae mere contemplativae, supremum quae vacant vitae contemplativae redundanti in activam (*IIa IIae*, q.182, a.1), vitae scilicet quae communiter mixta dicitur, quamque moderni plures nominant apostolicam.³

But this is a term (mixed) which St. Thomas has never made use in this sense. Msgr. Paul Philippe writes :

This expression which St. Thomas never uses, can designate a life materially composed of contemplation and action, or more precisely, of exercises of contemplative life and of works of the apostolate or of mercy. It is the meaning which St. Augustine gives to the 'third type' of life, 'ex utroque compositum.' St. Thomas discards as type of life this third form composed of two others. On the contrary, he applies the augustinian concept of a compound of contemplation and action, to an operation of a very special type, the preaching and teaching of sacred doctrine, the nature of which is precisely to proceed from contemplation, as an effect from its cause.⁴

Let us examine, how far this expression (mixed life), can be justified.

In the *Prologus* to the *Secunda Secundae*, St. Thomas writes :

Post communem considerationem de virtutibus et vitiis et aliis ad materiam moralem pertinentibus, necesse est considerare singula in speciali : sermones enim morales universales sunt minus utiles, eo quod actiones in particularibus sunt.

Potest autem aliquid in speciali considerari circa moralia dupliciter : uno modo, ex parte ipsius materiae moralis, puta cum consideratur de hac virtute vel hoc vitio ; alio modo, quantum ad speciales status hominum ...

1. *In IIa IIae*, q.188, a.2.

2. *IIa IIae*, q.181, a.2, ad 3.

3. P. LUMBRERAS, O. P., 'Contemplata aliis tradere,' in *Angelicum*, vol.40 (1963), pp.391-406.

4. Msgr. Paul PHILIPPE, *op. cit.*, pp.60-61.

Primo ergo considerabimus specialiter de his quae pertinent ad omnes hominum status,

where he first treats about the theological virtues (q.1-46), and then about the cardinal virtues (q.46-170). He continues the *prologus*: "secundo vero, specialiter de his quae pertinent ad determinatos status," where the first consideration is according to the diversity of *gratiae gratis datae* (q.171-178), secondly according to the diversity of life, namely, contemplative and active (q.179-182), and finally according to the diversity of offices and states, where a general study is made in the 183rd question, and then from question 184 to question 189, he treats about the state of perfection, which is divided into three parts, namely, the 184th question is about the state of perfection in general: that which is concerned with the episcopal state is treated in the question 185; and lastly, from question 186 to 189 the consideration is about those things related to religious perfection. While treating about the religious life, he makes a four-fold distinction, first of all about the principal elements in religious life (q.186), secondly, those that can be licitly included in the religious life (q.187), thirdly, about the distinction of religious orders (q.188), and last of all a study is made on those points related to the entrance into religious life (q.189).

At present we are interested about the distinction of life into active and contemplative. After having considered the division of human life into active and contemplative, the Angelic Doctor treats each of them in particular. He defines, differentiates, and evaluates various religious orders in relation to the works of active and contemplative life. He indicates in the following words in what sense life is here divided into active and contemplative. He writes:

vita dicitur dupliciter. Uno modo, ipsum esse viventis... Alio modo dicitur vita ipsa operatio viventis, secundum quam principium vitae in actum reducitur: et sic nominamus vitam activam, vel contemplativam, vel voluptuosam.¹

From the following quotation we can understand the reason of making such a distinction. It reads:

illa proprie dicuntur viventia quae ex seipsis moventur seu operantur. Illud autem maxime convenit alicui secundum seipsum quod est proprium ei, et ad quod maxime inclinatur. Et ideo unumquodque vivens ostenditur vivere ex operatione sibi maxime proprie, ad quam maxime inclinatur: sicut plantarum vita dicitur in hoc consistere quod nutriuntur et generant; animalium vero in hoc quod sentiunt et moventur; hominum vero in hoc quod intelligunt et secundum rationem agunt. Unde etiam et in hominibus

1. *Ia IIae*, q.3, a.2, ad 1.

vita uniuscujusque hominis videtur esse id in quo maxime delectatur, et cui maxime intendit : ...¹

The life here divided into active and contemplative is the intellectual life, namely, that type of self-motion, which specifically pertains to man.² The Angelic Doctor proposes an objection from the 'Philosopher':

tres sunt vitae maxime excellentes, scilicet voluptuosa, civilis, quae videtur esse eadem ac activa, et contemplativa. Insufficienter ergo dividitur vita per activam et contemplativam.

He answers :

vita voluptuosa ponit finem in delectatione corporali, quae communis est nobis et brutis. Unde, sicut Philosophus ibidem dicit, est vita bestialis. Propter quod, non comprehenditur sub praesenti divisione, prout vita humana dividitur in activam et contemplativam.³

The endeavours of men are directed, either for the needs of the present life or for the desire for pleasure or truth. A life ordered to pleasure is bestial and hence it is unreasonable to seek after pleasure for its own sake. Therefore, there remains two types of life, namely, active and contemplative, an adequate division of human life.⁴

As has been already indicated, the division of human life into active and contemplative is based on the division of intellect into

1. *IIa IIae*, q.179, a.1. Thus for St. Thomas, life of a being, immanent to itself consists in that which is proper to it and to which it is most inclined. Elsewhere he says : "opera vitae dicuntur, quorum principia sunt in operantibus, ut seipsos inducant in tales operationes. Contingit autem aliquorum operum inesse hominibus non solum principia naturalia, ut sunt potentiae naturales ; sed etiam quaedam superaddita, ut sunt habitus inclinantes ad quaedam operationum genera quasi per modum naturae, et facientes illas operationes esse delectabiles. Et ex hoc dicitur, quasi per quandam similitudinem, quod illa operatio quae est homini delectabilis, et ad quam inclinatur, et in qua conversatur, et ordinat vitam suam ad ipsam, dicitur vita hominis : unde quidam dicuntur agere vitam luxuriosam, quidam vitam honestam. Et per hunc modum vita contemplativa ab activa distinguitur." *Ia*, q.18, a.2, ad 2.

2. "Vita hominis est secundum id a quo homo est homo. Hoc autem est intellectus. Cum ergo intellectus dividatur in activum et contemplativum, id est speculativum et practicum, videtur quod humana vita in haec duo dividi debeat." *In III Sent.*, d.35, q.1, a.1, contra 2. "Manifestum est autem quod ipsa operatio est uniuscujusque rei, quae competit ei secundum suam formam. Forma autem hominis est anima, cujus actus dicitur vivere ; non quidem secundum quod vivere est esse viventis, sed secundum quod vivere dicitur aliquid opus vitae, puta intelligere, sentire, etc. . . . Post vitam autem nutritivam et sensitivam non relinquatur nisi vita quae est operativa secundum rationem. Quae quidem vita propria est homini. Nam homo speciem sortitur ab hoc, quod est rationale." *In I Ethic.*, nn.123, 126.

3. *IIa IIae*, q.179, a.2, ad 1.

4. *IIa IIae*, q.179, a.2, c.

active and contemplative.¹ As regards the division of human intellect he writes :

Intellectus autem dividitur per activum et contemplativum : quia finis intellectivæ cognitionis vel est ipsa cognitio veritatis, quod pertinet ad intellectum contemplativum ; vel est aliqua exterior actio, quod pertinet ad intellectum practicum sive activum.²

But when we say that human life is divided into active and contemplative, we mean only that the predominance is given to the consideration of truth or action, that is :

Quidam enim sunt qui exercitiis activæ insistent principaliter, quamvis etiam quandoque contemplationis actus exequantur. Quidam vero sunt qui postpositis curis activæ, principaliter contemplationi student.³

